tenenti per partem contravenientem irremissibiliter persolvendorum, cujus quidem laudi seu arbitramenti nostri interpretacionem dubiorumque declaracionem nobis integre reservamus. Lectum siquidem, latum, pronuncciatum et promulgatum fuit laudum, arbitrium sive arbitramentalis sentencia prescripta per venerabilem virum, dominum Wentzeslaum Pertzschman, unum ex arbitris, arbitratoribus sive amicabilibus compositoribus predictis prenominatum, presentibus, mandantibus et consencientibus expresse aliis tribus coarbitris prenominatis, presentibus quoque partibus utrisque seu eorum procuratoribus supra specificatis et nominatis, hujusmodi laudum seu arbitrium preinsertum ferri audientibus, quarum quelibet tam de parte dicti domini reverendissimi episcopi Misnensi prefati, quam de parte cleri supradicti sedium concorditer et unanimiter laudum ipsum sive arbitrium sic in scriptis latis statuerunt[a]) et in continenti sponte et libere emolgarunt ac expresse approbarunt. Super quibus omnibus et singulis premissis tam arbitri et arbitratores prefati mandarunt, quam partes supra dicte petierunt seu requisiverunt, sibi per me et alium mihi adjunctum notarios publicos infra scriptos unum vel plura et tot, quot fuerint necessaria, fieri seu confici publicum seu publica instrumentum et instrumenta. Acta sunt hec anno, indiccione, pontificatu, die et mense, quibus supra, in arce Stolpen, loco solite residencie reverendissimi patris et domini episcopi Misnensis, in stuba capitulari ibidem, presentibus venerabili et discretis viris, domino Balthasare de Canicz canonico ecclesie collegiate Wurtznensi, Johanne Rudolff, Melchiar Hawßenn et Johanne Pragk, clericis Misnensis, Maguntinensis, Wratislaviensis et Pragensis diocesium, testibus fidedignis, ad premissa vocatis pariter atque rogatis.

(Zeichen und Unterschriften der beiden Notare.)

197.

Testament des Johann Stode zu Gunsten des Frühmessen-Altaristen in der Pfarrkirche, des Altaristen in der St. Wolfgangskapelle und der Schule. **1502 Oct. 21.**

Hdschr.: Kamenzer Stadtbuch 3,20b.

Anno ꝛc. xv^{c} secundo freitag noch Galli sint die xxx ßo, die her Joannes Stode vor sein testament und letzten willenn den altarien der frůmesßen in der pfarkirchen unnd Wolffgang in der capellen und der schulen sampt zugeeygent, perpetuiret unnd vorelenget hot, von dem edeln unnd wolgebornen hern Mertin von Dohnen abgelöst unnd dem erbarn rathe obirantworth wurden, die dann furder awßgelygen sein, jerlichen zu vorczinßen uff zcwe tagzeiten, nemlich Walpurgis unnd Michaelis. Uff itczlichen termin sollen ij ßo gefallen, j ßo dem frümesßer altaristen unnd j ßo der schulen unnd das dritte j ßo dem altaristen der capelle sancti Wolffgang —. Demnach ist das gelt awßgelygen wurden von rathe er Oppeler dem alden richter x schog, fidejussor Jocoff Lache burgermeister, er Procopius Noldener x schog, Pawel Kannengysser x schog.

196. *a)* statun.